filij amisaddai. Die vndecimo priceps
filiorum aser phegiel filius ochran ob-
tulit acetabulū argenteum appendens
centum triginta siclos. phialā argenteā
habentem septuaginta siclos ad pōdus
sanctuarij. vtrūqȝ plenū simila consper
sa oleo in sacrificium: mortariolum au
reum appendēs decem siclos plenū in-
censo: bouem de armento ⁊ arietē ⁊ ag
num anniculū in holocaustū. hircūqȝ
pro peccato. ⁊ in hostias pacificorū bo-
ues duos arietes quinqȝ. hircos quin-
qȝ agnos anniculos quīqȝ. Hec fuit ob
latio phegiel filij ochrā. Die duodecīo
princeps filiorū neptalim ahira fili⁹ he
nan. obtulit acetabulum argenteū ap-
pendens centum triginta siclos. phialā
argēteam habētem septuaginta siclos
ad pondus sanctuarij. vtrūqȝ plenum
simila oleo conspersa in sacrificiū: mor-
tariolum aureū appendēs decem siclos
plenum incēso bouem de armēto ⁊ arie
tem ⁊ agnum anniculū in holocaustū
hircūqȝ pro peccato. ⁊ in hostias pacifi
corum boues duos. arietes quinqȝ hir-
cos quinqȝ. agnos anniculos quinqȝ.
Hec fuit oblatio ahira filij henā. Hec
in dedicatione altaris oblata sunt a prī
cipibus israel in die qua consecratū est:
acetabula argentea duodecim. phiale
argētee duodecī mortariola aurea duo
decim. ita vt centum triginta siclos ha-
beret vnū acetabulum. ⁊ septuaginta si
clos vna phiala id est cōmune vasorū
omniū ex argenteo: sicli duo milia qua
dringenti pondere sanctuarij: mortari
ola aurea duodecim plena incenso. de-
nos siclos appendētia pōdere sanctua-
rij id est simul auri sicli centum viginti
boues de armento in holocaustū duode
cim. arietes duodecī. agni anniculi duo-
decim ⁊ libamenta eorū: hirci duodecim
pro peccato: in hostias pacificorum. bo
ues vigintiquattuor. arietes sexaginta
hirci sexaginta. agni anniculi sexaginta

Hec oblata sunt in dedicatione altaris
quando vnctum est. Cumqȝ ingredere-
tur moyses tabernaculū federis vt con
suleret oraculum: audiebat vocē loquē-
tis ad se de propiciatorio. quod erat su-
per arcam testimonij inter duos cheru
bin: vnde ⁊ loquebatur ei.

VIII.

Locutusqȝ est domin⁹ ad moy
sen dicens: Loquere aaron ⁊ et
dices ad eum: Cum posueris
septem lucernas candelabrū in australi
parte erigatur. Hoc igitur precipe vt
lucerne contra boreā e regione respiciāt
ad mensam panum propositionis: con
tra eam partem quā candelabrū respicit.
lucere debebunt. Fecitqȝ aaron ⁊ impo-
suit lucernas super candelabrū. vt pre-
ceperat domin⁹ moysi. Hec autem erat
factura candelabri: ex auro ductili tam
medius stipes q̄ȝ cuncta que ex vtroqȝ
calamorū latere nascebantur. Iuxta ex-
emplum quod ostēdit dominus moysi
ita operatus est candelabrū. Et locutus
est dominus ad moysen dicens: Tolle
leuitas ex medio filiorū israel. ⁊ purifi-
cabis eos iuxta hunc ritū. Aspergantur
aqua lustrationis ⁊ radāt omnes pilos
carnis sue. Cumqȝ lauerint vestimenta
sua ⁊ mundati fuerint. tollent bouē de
armentis ⁊ libamentum eius. similam
oleo conspersam: bouem autem alterū
de armento accipies pro peccato. ⁊ ap-
plicabis leuitas coram tabernaculo fe-
deris: conuocata omni multitudine fi-
liorum israel. Cumqȝ leuite fuerint co-
ram domino. ponent filij israel manus
suas super eos. ⁊ offeret aaron leuitas
munus in conspectu domini a filijs is-
rael: vt seruiant in ministerio eius. Le
uite quoqȝ ponent manus suas sup ca-
pita boum: e quibus vnū facies p pec-
cato. ⁊ alterum in holocaustum domi-
ni. vt depreceris pro eis. Statuesqȝ le-
uitas in cōspectu aaron ⁊ filiorū eius. ⁊

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-105/0124
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG